

R O S A R I U S.

Qui hanc artem semel perfecerit, si deberet vivere mille millibus annis, & singulis diebus nutrire 400. hominum, tamen non egeret.

A U R O R A C O N S U R G E N S.

HÆc est Sapientum Filia, & data est
 In manu ejus potestas, honor, virtus, & imperium, & florens Regni corona in capite suo, radiis septem stellarum rutilantium, tanquam sponsa ornata viro suo, habens in vestimentis suis scriptum literis aureis Græcis, Barbaris ac Latinis, ego sum unica Filia sapientum, stultis penitus incognita. O felix ergo cum sciente scientia, nam qui illam habet, incomparabilem thesaurum possidet, coram Deo ditatus & hominibus
 ho-